Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Vale Ultimum, Quod ... Viro, Dn. Reinholdo von Gehren/ ICto Celebratissimo, & Reip. Rostochiensis Syndico emerito, Die 10. Decemb. inter Coelites recepto, die autem 19. eiusdem solenni ritu sepulto

Rostochii: Kilius, 1660

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777445840

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Redeker, H. R.,

in R. v. Gehren.

Rostock. 1660.

38

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777445840/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777445840/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777445840/phys_0004
DFG

VALE ULTIMUM,

Quod

Nobiliſſimo, Ampliſſimo Conſultiſſimoq;

VIRO,

DN. REINHOLDO von Gehren/

JCto Celebratiſſimo, & Reip. Roſtochienſis

Syndico emerito,

Die 10. Decemb. inter Cœlites recepto, die autem 19. ejusdem ſolenni ritu ſepulto,

dixere

DNN. PROFESSORES, FAUTORES ET AMICI.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. Anno 1660.

BIBLIOTHEK D. MECKLENB. RITTER U. LANDSCHAFT

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777445840/phys_0005
DFG

Q Uod pauci attingunt (tanta eſt anguſtia vitæ)

Exſuperare tibi, Vir venerande, datum

Condol.

Hermannus Schuckman/ D.

E St *aliquid* benè naſci. *Eſt majus*, nubere rectè.

At rectè moriens *omnia puncta tulit*.

Sic piè defuncto de ἰυθανας.

gratul.

Caſp. Mauritius. D.

P. P. & Superint.

Hîc, REINHOLDE, jaces, Vir conſultiſſime, Magnis

Principibusq; viris quid placuiſſe juvat?

Antiquæ virtutis eras fideiq; patronus.

Næ Conſultorum gloria Juris eras.

Nunc te terra tegit; gelidâ tumularis in urnâ;

Omnia ſunt mundi vana, caduca, nihil.

Hiſce valedicis moriendo: regna beatam

Per mortem, Chriſti morte parata, ſubis,

Nec

Nec poſcis lacrymas: quia ſentis gaudia. Tellus
Dat laſſo requiem, dat bona vera ſalus.

Henricus Rahne/
J. D. & Prof.

GRandævos pariter rapit inclementia mortis
Ac juvenes, imos ſummos; nec parcit honori,
Nexus conjugii rumpit, ſic que omnia ſolvit:

Albertus Willebrandt/ U. J.D.
Cod: Profeſſ. & Duc.
Conſiſt. Aſſeſſ.

DOCTOR VON GEHREN ſenior deceſſit, honoris
Et vitæ ſatur, hinc cælica regna tenet.
Ingratum mundum, phantasmata quæq; reliquit,
Ereptus ſubitò fraudibus atq; dolis.
Debita connumerans numerus dum convenit illi,
Naturæ ſolvit debita certa ſenex.
Non pax pacta ſibi ſtabilis conſtansq; videtur,
Æternam pacem quærit in arce poli.
Lucripetis vanos titulos, ſpartamq; reſignat,
Syndicus eſt cœli, qui fuit ante Roſæ,
Profuit hîc ſanus multis, nec defuit æger
Conſilio, mundi præmia certa tulit.
Gaudeat in cælis, referat tua dona Redemptor,
Judicii adventu gaudeat ille tuo.

Vos

Vos qui lugetis gnati, gnatæq́ parentem
Deſinite, & vidua, has tergite quæſo genas.

Honoris & amoris μνημόσυνον
συμπαίχων aſſcripſit

Chriſtianus Woldenbergius,
Crempâ-Holſat. Phil. J. U. D. &
Decretal. P. P. Ducalis

ECce novum ſequimur funus præſtantis honore
Et cari populo Principibusq́; Viri!
Aſt natura ſuas juxtâ procedere leges
Hîc voluit, neq; eum ſurripere ante diem:
Viderat egregiam ſobolem, variantia fata
Expertus, vitæ jamq́; erat ipſe ſatur.
Æternam requiem nemo invidebit amico,
Sub variis curis quam ſibi quisq́; vovet:

Ultimo Emeriti Senis honori
hæc l. mq́; app.

Caſpar March/ D. Med.
& Math. Prof.

VIRO OPTIMO.

OPtimis quodnam meritis paratur
Præmium? Trado: Mala per moleſta:
Atque cum quævis benè facta ſentis,
Pauperem credas benè qui patravit:
Muneris ſervans ferat haud moleſtè

Quem-

Quemque contemptum. Quod Amicus omni
Comprobat actu.
Optimis rurſus meritis paratur
Præmium quodnam? Bona ter beata:
Atque cum quævis benè facta ſentis
Divitem credas, benè qui patravit:
Muneris ſervans notat examuſſim
Gloriam æternam. Quod Amicus omni
Sentiet ævo.

Poſuit lugens, conterraneo nexu devinctus

G. Hegevvald: J. D.

Quid quæſo eſt mundus? planè mera Lerna malorum,
Scena ſcatens vitiis ſipariumq; putre.
Plus fellis quàm mellis habet, defectus amore,
Candor ubi & pietas integritasq; deeſt.
O ergo felix, ô terq; quaterq; beatus;
Qui linquit mundi luſtra, citante Deo!
Induperatoris quoque juſſo paruit hujus
JCtûm GEHRIUS ille decor.
Immundis mundi latebris poſt terga relictis,
Venit ad integri candida templa poli.
Vidit ubi luſtris bis quinis vana theatri
Pegmata terreni, vicit amara necis.
Non itaque invideas illi modò, turba ſuperſtes,
Gaudia, quæ peperit mors pia, dante Deo.

Non

Non nimium lacrumis dehinc indulgere memento.
Tempus erit rurſus quo tuearis eum.

mortem
ſuperioris
Reinholdi â Gehren/
JCti exactiſſimi
inſtinctu affinis neceſſitudinis
ſic fert familiariter
Joan Bernhard Zinzerling,
Νομ. Μελλοδιδασκ.

TEmpora Melpomene nigrâ redimita cupreſſo,
Atricolore tuos contege veſte pedes.
Luctiſonumq; ululans, pete deſolata recenti
(Heu doleo!) caſu limina nota tibi.
Cunctagravi veniens luctu ſqualere videbis,
Concipies querulos aure dolente ſonos.
Funera conſortis pars altera, Patris adempti
Progenies, ſervum flebit & agmen heri.
Hiſce tuas ſocia ſimiles gemebunda querelas,
Quæq; rigant lacrumis, tu quoq; buſta riga.
Condidit his etenim venerandi corpus Amici,
Abreptum dirâ Parca ſevera manu.
Ne tamen à membris derivet robora fletus,
Adjicias lacrumis talia verba tuis:
Parcite proſequier lacrumoſis fletibus illum,
Fletibus huc nullis, quem revocare licet.

Parcite

Parente morte quem gemebunda voce peremptum,
Quem potius vitæ limen iniſſe patet?
Non etenim liquit, ſed cepit munera vitæ,
Quem vocat in patriam mors inopina ſuam

Lub: mer: app.

Otto Niclas Reppenhagen.

Ad Filium τοῦ Μακαρίτου Lipſiæ ſtudiis incumbentem.

VT nolles obiiſſe Tuum, Percare, Parentem,
Extremumq; orbi voce dediſſe vale!
Sed, quod Tu nolles, voluit miſerabile fatum:
Heu tibi, plus illud quàm tua vota valent!
Cedere par Superis: nec enim fugiſſe cuiquam
Fata datum, & nulli parcere Parca ſolet.
Sit deſiderio pudor ergo modusq; Parentis,
Adde quod & major vivit in axe Parens.

Thomas Ittigius, Lipſienſis.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777445840/phys_0014
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777445840/phys_0015
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777445840/phys_0016
DFG

In Holſtein wol bekant / und dabey blieb es nicht
Man ſpürte noch dazu des Himmels Zorn Geſic
Wie ihm das gute Schwetz / von der Soldaten
Die dieſes Mechelnburg verheert an allen End
Und ſonſt nichts außgericht / ſo gar verdorben wa
Noch wahr es nicht genug / noch ſtellte ſich GOtt
Er griff ihn wieder an / Herr Schuckman mu
Den Weg der Eitelkeit / ein Mann der mehr den
An Tugend übertraff / noch gieng diß alles hin /
Herr Gehren ward noch nicht bewegt in ſeinen
Er ſetzt' in aller Noht zu Gotte ſein Vertrauen /
Er würd' ihn laſſen nicht: Biß endlich ſeiner Fr
Der Frawen die die Krohn in ſeinem Hauſe wa
Auch vorgeſtellet ward die ſchwartze Todten-Ba
Da wurd er erſt gerührt / da wurden ſeine Wun
Von neuen auffgeritzt; Wie daß GOtt ſolche S
Hat über mich verhengt? ſprach er des Lebens ſat
Nun weiß ich keinen Troſt / nun weiß ich keinen
Doch halff ihm GOtt herauß. Was ſonſt vor en
Ihm zugeſtoſſen ſeyn / das kan die Witwe ſagen
Die unter ſolchen Laſt bey nah' ermüdet iſt /
Und dennoch läſſet ihr das Unglück keine Friſt
Was vorhin ſie betraff / von Sorg' / Angſt / No nere

Und Wiederwertigkeit / das theilten beyde He
Nun liegt die Laſt auff ihr / die trägt ſie nur allei
Ein jeder ſteht von fern' und läſt ſie traurig ſeyn
Doch dencket der euch hat den Unfall zugeſchick
Der euch mit dieſer Traur das Hertz und Muh
Der